emptorios vera infirmitate pro maiori minorennitate successorum legatione intra vel extra Regnum servitio militari, ad munimenta ad evictionem, vel alijs quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo. Ad Quietationem vero praxi[?] Officij praefati Castrensis Capitanealis Praemysliensis Terminos, Dilationem sibi non recipiendo, nullasque motiones appellationes revisionem prorogationes faciendo: ac praemissa omnia per oris simplicibus vel implicatis evasionibus suspensionibus, fatalijsque Juris, praescriptione Terrestri, bello, Conventione, ac alijs omnibus Juris remedijs et defensis non subterfugiendo nec modo aliquovis evadendo. Vtcu[?] sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia et singula mediante.

Sobieszczanski et Białogłowski mutuo se Quietant.

1049 Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemysliensibus Generosi Joannes Sobieszczanski ab vna, et Felicianus Białogłowski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes, à Terris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibus que suis quibusvis proprijs et Competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quoad actum praesentem attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando atque subijciendo publicam libere publice ac per expressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Licia[?] ipsi vere mutuo et inuicem de Intercisa certa interse recognoscentes ratione certarum rerum et Conditionum in eadem Intercisa contentarum de Actu et data illius hic Praemysliae feria Tertia post Dominicam Conductus Paschae proxima Anno Domini Millesimo sexcentesimo septuagesimo primo proxime praeterito confectae et Conscriptae manibus sui Recognoscentis proprijs ab vtrinque subscriptae Actisque Terrestribus Praemysliensibus cum interpositione Vadij summae

Decem

Duorum Millium Florenorum polon. ad tenendi firmata et rob. orata, cuius Inscriptione Roboratoria, ob sufficientem et plenariam sibi Recognoscentibus ab utrinq. praestitam satisfactionem Quietant, emittunt, dimittunt, liberosq. et absolutos perpetuo pronunciant, Intercisam eandem cum eius Inscriptione Roboratoria per rem Praemyslien. in toto et per omnia Cassant, mortificant et annihilant, sibi suisq. posteris ratione praemissorum perpetuum ponen. silentium.

Duczyminski et Ochrzymowski Intercisam Roborant.

Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castren. Capitan. Praemyslien. Gnosi Stephanus Duczyminski ab una et Felicianus Ochrzymowski parte ab altera, sani mentibus et corporibus existentes, à Terris, Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusq. suis quibusuis proprijs et competentibus recedendo, praesentiq. Castrensi Capitaneali Praemysliensi Jurisdictioni quo ad actum praesentem attinet, se cum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporando, atq. subijciendo, palam libere publice ac per expressum recognouerunt, et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem Gnosus Ochrzymowski suo et Gnosae Alexandrae Przyborzanka, Gnosi olim Eliae Ochrzymowski Vladiseni Starodubouien. Consortis relictae Viduae, suae vero Recognoscentis Parentis pro Cuius rati habitione cauet et se extendentibus inscribit nomine, sibi mutuo et vicissim una pars alteri ac posteris utriusq. partis, se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq. pecuniarijs quibusuis habitis et habendis inscribunt et obligant praesentibus. Intercisam certam inter se Recognoscen. et praefatam Gnosam Ochrzymowska unius Recognoscen. Parentem ratione certarum rerum et Conditionum, in eadem Intercisa contentarum, de actu et data illius hic Praemysliae die hodierna in actu contenta, hoc est die decima